

SERIES ALPHABETICA huius
VOLUMINIS.

A	
De Actionum cessione	952.
in successoris universales	972.
necessaria	986.
Alienatione	686.
A. R. P. q. l. G.	123.
Affecuratio	668. b.

C	
De Cambijs	674.
Codicillis	392.
Collatione	271.
Comodato	538.
Conductione	612.
Conditionibus	344.
Conubijs iure	69. 75.
Constitutionibus P. P.	45.
Contradijs innominatis	650.
Cessione actionum	952. 972.
.	986.
Civitatibus mutuo	500.

D	
De Decretis	45.
Delegatione	910.
Deposito	550.
Denunciatioe litis	636.
Divisionibus iuris	i.
Domino	123.

E	
De Errore	778.
Evidentijs	626.
Excussiois Except.	924.

F	
De Fidei	704.

I	
De Institutione Heredu	309.
Inventario	412.
Integri restitutioe	808.
iuris divisionibus	i.
iure conubijs	75.
restitutiois	428.
retentionis	884.
innominatis g. libijs	650.

L	
De Legitimatione	83.
Legitima	237.
Locatione	612.
Legibus	17.
Litis denunciatioe	636.

M	
De Matera tutela	98.
Metus restitutioe	632.
Monopolijs	592.
Mutuo civitatis	500.
Novatione	896.
Optione	381.

13

203.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
De
**PASTU PECO-
RIS,**

Quam
DIVINA FAVENTE GRATIA
Ex Decreto & Autoritate
*Magnifici & Nobilissimi Jctorum Collegiū
florentissimā LL. nutrice Salanā*

SUB MODERAMINE
VIRI

Nobilissimi, Consultissimi atque Excellentissimi
DN. ERNESTI FRIDERICI
SCHRÖTERI, J. U. D. Prof. P. celeberrimi,
Consiliarii Saxonici, Dicasterii Provincialis & Scabina-
tus Assessoris gravissimi; Dn. Præceptoris ac Promotoris
sui omni observantiæ cultu atatē profe-
quendi,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores ac Privilegia Docto-
ralia ritē adipiscendi,

Publicè ventilandam proponit

DANIEL Seidemann/ Rhodâ-Thuringus.

Addiē Maij

Horis locoque consuetis.

JENÆ, Prælō NISIANO, Anno MDCLIII.

DISPUTATIO JURIDICA
IN AGGRIAS

PASTOR PESCO

RIS

OPUS DIVINA BAVARIA GRATIA

Magister et Doctor in Legibus et Juribus

22 a. M. 1711

1711

Magister et Doctor in Legibus et Juribus

DR. ERNESTUS FRIDERICI

SCHROETER, M. D. Hof. P. celeberrimus

Consiliarius Saxonicus, Doctor in Legibus et Juribus

et Professor in Universitate Lipsiensi

PRO LICENTIA

Summus in Urbe iure honoris et Juris Doctor

et in Universitate Lipsiensi

Magister et Doctor in Legibus et Juribus

DANIEL SCHEMANN, Rhod. Thuringus

Magister et Doctor in Legibus et Juribus

Hans Johann Schenck

VERA P. M. N. S. I. A. N. O. P. A. M. W. D. C. L. I. I. I.





7. 7.

Præloquium.



Um Magnifica Facultas Juridica paucos ante dies provinciam publicè disputandi more usitato mihi demanderet, nihil antiquius habui, quàm ut illam exequerer. Et licet ingenium haut par oneri ferundo deprehenderit, putavi tamen non obedire esse gravius crimen, quàm obediendo interdum aliquid aberrare, ut in re ferè simili loquitur *Grotius Dissertat. de Stud. Instituend. Ep. 1. in pr.* Dum autem in diffusum Juris campum excurro, materiam quandam selecturus, accidit idem mihi, quod illi, qui hodie prata ridentia & floribus variegatos hortos ingreditur, modò hoc modò aliud illius oculos blandâ vi ad se trahit. Ani-

A 2

mus

mus meus sæpè in diversa abiit, mox hanc
mox illam ambiens materiam; substitit
tandem in præsentì utilissimâ PASTÛS,
quam hâc vice concisis thesibus inclusam
ad amicum & publicum colloquium in-
stituendum solenniter proponam, ut ve-
ritas magis elucescat. *c. grave. 7. C. 35. q. 9.*
Ne autem, quod dici solet, illois manibus
rem tangam, prius exorabo SS. Trinita-
tem, ut hos meos conatus dirigat, & ad o-
ptatum finem clementissimè perducatur.

Thesis I.

Vera ac rotunda cujusvis rei tractandæ ratio est, au-
spicari & exquirere unde res ipsa, de qua agitur, de-
scendat, *l. 1. in pr. ff. de J. & J.* more igitur Jctis fa-
miliari notationem vocis præmittam. Pastus di-
citur, ut constat, à pascendo. Pastus autem in jure nostro
accommodatur etiam hominibus. *l. & si 11. §. 1. ad exhib.*
l. si quis. 21. §. 1. de donat. inter vir. & uxor. l. lex qua. 22.
C. de administrat. tutor. & non uno nomine exprimitur:
(1.) Simpliciter nominatur pascuum, ut patet ex *Rubr. C.*
de pasc. publ. & privat. lib. XI. (2.) Loca pascua vel sylva
pascua: in *l. sylva. 30. §. fin. ff. de V. S.* (3.) Jus pascendi,
respectu prædii dominantis. *l. 1. §. penult. ff. de S. P. R. §.*
2. l. de Servitut. (4.) Servitus pascui. *l. veluti. 6. §.*
fin. ff. de S. P. R. Germanico idiomate: Die Hut, Triffte
und

and Waid. Gerechtigkeit. In quâ specificâ significatione,
cæteris se positis, nomen Pastus acceptum volumus.

II.

Et est Servitus realis rustica, quâ pascere possû
in fundo alieno & vicino pecus meum prædiale.
Generis loco ponitur Servitus. Servitutis varię dantur di-
visiones, nos tempori & loco inservientes brevitatis gra-
tiâ tantum afferemus, quod aliæ sint Personales, aliæ
Reales, hæ vel urbanorum vel rusticorum prædiorum.
Prædium urbanū est, quod usum præbet urbanum, ut est
habitatio, recreatio. Rusticum prædium est, quod usum
præbet rusticum, nam urbanum prædium non facit lo-
cus sed materia. *l. urbana, 198. ff. de V. S.* uti eleganter
tradit Magnificus Dn. Frantzkius, *in Commentar. Digest.*
titul. de Servitut. num. 59. nimirum non debere intelligi
materiam ex quâ, sed circa quam, addens, quod prædia
quædã & loco & usu sint urbana, quædã rustica, licet hoc
non sit necesse in materia juris, ubi ad usum primariò re-
spicitur. v. g. stabula communiter quidem rustica sunt,
contingere tamen potest; ne quis attendat usum rusti-
cum primariò, sed mercedem ex usu, qui non rusticus
sed magis est urbanus. non obst. *l. eo jure. 4. §. 1. ff. in quib.*
caus. pign. tac. contr.

III.

Dixi equidem realem esse servitutem pastus, ex acci-
denti etiã fieri potest personalis, quâ in re diligenter for-
ma & constitutio servitutis attendenda est. *Cynus in l. cum*
in longi temporis. 12. n. 3. C. de præscript. long. temp. Rea-
lis est, quando spectat ad utilitatem prædiorum rustico-
rum, & quæ inibi aluntur pecorum. Si verò ad commo-

A3

dum



dum personæ, tunc fit personalis. *l. Mela. 14. §. ult. ff. de aliment. legat.* Videatur hæc de re Nobilissimus & Excellentissimus Dn. Georg-Adam Struve | Jctus & P. P. celebratissimus &c. Patronus, Promotor ac Præceptor meus et atem devenerandus in Colleg. w. Exercit. 11. tb. 8. Satholt. Dissertat. 5. §. 19.

IV.

Dicitur Pascere, solent enim mitti pascendi causâ pecora in pascua, hoc est, in sylvam, agrum aut alium locum pastui destinatum. *l. sylva. 30. §. fin. ff. de V. S. In Fundo:* quia hæc ut & aliæ servitutes sine prædiis constitui aut esse nequeunt. *l. ut pomum. 8. l. quotiens. 15. ff. de servitut. non obst. l. si servitus. 23. §. 1. ff. de S. V. P. & l. La-beo ait. 10. de S. P. R. & quidem Alieno:* nam res sua nemini servit, *l. in re communi. 26. ff. de S. P. V. l. uti frui. 5. in pr. ff. si usufruct. petat.* Duo autem oportet esse prædia: unum Serviens, alterum Dominans. Serviens, quod debet servitutem, & cujus dominus aliquid patitur fieri, *d. l. quotiens.* Dominans, quod *in l. cujus. 24. ff. de S. P. V.* vocatur superius, cui debetur. *l. in tradendis. 7. §. 1. Comm. Præd. l. si ades. 38. & seq. ff. de S. P. V. l. ergò. 5. ff. de S. R. P.* Vicinitas autem illa non debet præcisè æstimari ex contiguitate, sed ex commoditate utendi. *l. Servitutes. 14. §. fin. d. serv. l. qui sellâ. 7. d. serv. P. R. l. & ideò. 5. ff. si servit. vind.*

V.

Pecoris] propriâ appellatione continentur quadrupedes, quæ gregatim pascuntur, veluti oves, (*non obst. §. sed & si. 4. l. de usu & habitat.*) boves &c. De suis olim fuit dubitatum. *§. 1. l. de L. Aquil. l. 2. §. fin. d. t. l. le-*

l. legatis. 65. § peroribus. 4. de legat. 3. Frustrà hodie dubitat *Göddeus disp. part. 1. Disp. 17. thes. 16.* quod dispersim potiùs, quàm gregatim pascantur; Et quod in pecudum numero habeantur, id esse ex moribus Germanorum. Verùm eleganter illi replicat *Magnificus, Nobilissimus & Consultissimus Dn. Johann. Thoma Professor quondam in hac Salenâ famigeratissimus, nunc Consiliarius Saxo Altenburgensis, & ad Comitata Ratisbonensia Legatus eminentissimus, Patronus & Promotor meus summâ perpetuâq; observantiâ colendus, Tract. de noxia animalium. c. 16. num. 34.* Non crediderim moratiores esse sues Germanorum, quàm aliorum populorum, quamvis ea quæstio ad professionem pertineat bubulcorum, quorum vel solum nomen gregatim pasci sues evincit.

VI.

Divisio accurata vix dari potest. Illa quam tradit *Speidel in Notab. sub tit. Waid/* est æquivoci in sua æquivocata distinctio. Nos pascua dividemus in Publica & Privata; Illa dicuntur, quæ usui incolarum alicujus civitatis sunt deputata, hæc quæ ad singulos pertinent. *Perez. ad Tit. C. de pasc. publ. & privat. Lib. XI. num. 1.* Posteriora sunt vel propria vel aliena. De Jure Civili quilibet dominus in suis & propriis pratis per pecora sua videtur posse depascere gramina. *arg. l. quâ ratione. 9. in pr. de A. R. D. l. sylva. 30. de V. S.* De jure Saxonico nemini licitum est, separatim sua pecora pascere, ne publico pastori precium minuatur, nisi habeat tres mansos, *drey Hussen Landes. text. in Land Recht. l. 2. artic. 54. post princ. vers. niemand mag auch einen sonderlichen Hirten haben. modo aliud de consuetudine nō sit introductum.* Et quâvis hunc allegatum Germanicum textum *Glossa Latina & Schnei-*

Civilis.



*Schneidevv. ad princ. de S. V. & R. P. num. 38. vers. quem
intelligite*, impugnet; quod qui habet tres mansos, tan-
tùm in agris suis, non etiam in aliis & communibus per
peculiarem pastorem animal suum pascolare debeat.
Attamen Berlichii æquitate ac firmissimis juris textibus
fundatæ opinioni magis subscribendum est, quod ille,
qui tres possidet mansos tam in propriis, quàm commu-
nibus partibus (non quidem omni, sed tantùm eò tem-
pore, quò fruges sunt collectæ, zu offnen Zeiten und nicht
in geschlossenen Feldern) jus pascendi exercere possit. *Vid.*
Berlich. concl. 49. n. 38. & seqq. Reinhard. part. 6. diff. 37.
sub fin. vers. Und könnte nicht allein sein Vieh auff seine
Aecker treiben lassen. *Zobel. part. 2. diff. 35. num. 7. in med.*
Quoad Ducatum Altenburgensem generaliter & indi-
stinctè ita dispositum est in Ordinatione provinciali de
Anno 1589. *art. 8.* Doch sollen die Bawern ihre Schaf-
fe nicht alleine hüten / sondern für den gemeinen Hirten
treiben etc.

VII.

Cum alienis ita comparatum est, si quis pecus su-
um in alterius fundo, in quo jus pascendi non habet,
pascat, & immittendo damnum inferat, contra illum da-
tur actio de pastu pecoris. *l. Julianus. 11. §. 1. ad exhib. l.*
qui servandarum. 14. §. fin. de prescript. verb. Et imò ipse
dominus prædii potest pecus pignoris loco retinere &
includere. *LandRecht. libr. 2. art. 27. ibique Glossa n. 9.*
Ein ieder mag auch eines umb allen Schaden pfänden /
der uff seinen Felde geschicht. Addunt autem pecudem
istam pignoris loco occlusam non diutiùs quàm 24. ho-
rarum spatio detineri posse. His elapsis debet illi tradi,
qui jurisdictionem ibi habet inferiorem, qui pignus
tam

tam diu retinet, usque dum satisfiat aliis. *Ordinat. Provincial. Elect. Saxon. de Anno 1550. tit. Was zu Ober- und Nieder-Erbgericht gehöret. §. Und alle bürgerliche Sache / vers. Pfändung. Const. Elect. Aug. 7. l. 2. in fin. Magnificus ac Consultissimus Dn. Richter / Jctus & Antecessor in celebri hac Salanâ famigeratissimus, Sacr. Cas. Pal. Comes eminentissimus, Juridica Facultatis Senior & p. t. Decanus spectabilis, Praceptor, ac Patronus meus devotâ mentis observantiâ vitâ colendisimus, Decis. 5. num. 5. & seqq.* Tria autem præstat pignoratus secundum Carpozivium *Jurisprud. part. 2. Const. 26. defin. 5. 1. Restitutionem damni. art. 24. & 47. lib. 2. LandRecht. 2. Emendam, den Pfandschilling oder die Busse. d. art. 47. 3. tenetur, si ex contumaciâ non redemit pignus, judici pro singulis noctibus solvere trinos solidos; drey Schilling oder vier Groschen. Const. 27. part. 2. Unum adhuc addit prælaudatus Dn. Richter. d. Decis. num. 29. quod pignoratus ad refusionem sumtuum & impensarum, quas pignorator vel judex in rem pignoratam fecit, teneatur, utcunq̄ue pecus pignorum sine culpâ pignorantis decesserit. Quid si autem 1. pastor damnum det, an & dominus conveniri potest? Respond. pastor tenetur ad emendam. LandRecht. d. art. 47. ibiquo Glossa ad vers. Sechs Pfennig. & art. 50. d. l. LandRecht. in gl. ad vers. Was man vor den Hirten treibet / ibi: Wo der Hirte bey seiner Huet nicht Fleiß thut / so gehet aller Schaden über ihn / & tenetur emendam solvere (simplicem) trium solidorum. Glossa Germanicorum. s. statuit emendam sex tantum nummorum, quod non sit dominus; sed pœna (dicit Magnificus Dn. D. Thomæ. d.*

B

me. d.

me d. Tractat. c. 17. num. 24.) non imponitur domino,
quia dominus est, sed quia culpam commisit, propter
eandem etiam punitur pastor. 2. Si animal sine culpa
domini damnum det? Resp. in liberrimo ejus arbitrio
positum est, utrum animal velit noxæ dare, an damni
æstimationem sufferre, si illud vult, non debet animal
recipere, sed illud foràs agere & exturbare. & sic pro-
nunciavit Facultas Juridica Jenens. Anno 1631. mens.
August. ad requisitionem Melchioris von Breitenbauch:
Ist ewer Stall Jung / so ewere Pferde neben andern zu
warren gepflegt / als er hinter ihnen noch unberittenen /
unbeschlagenen / ur ändigen Jungen Pferden gekehret /
und ihnen die Strem zurichten wollen / von einem ussm
Leib geschlagen worden / daß er folgendes Tages den 16.
Augusti nach Mittage umb 6. Uhr Todes verfahren /
derwegen Ihr das Pferd / so bald aus ewerm Stall zie-
hen und in die Stadt in eines Bürgers Haus lieffern las-
sen, So mögen des Entlebten nechste Freunde sich an das
Pferd halten etc.

VIII.

— Constituitur & acquiritur servitus hæc i. per quasi
1 traditionem. l. 1. in fin. & l. ult. ff. de Servitut. quæ debet
fundari super aliquo iusto titulo. v. g. Institutionis, pa-
ctonis, stipulationis, emptionis, venditionis. §. si quis
velit. q. l. de Servitut. Præd. l. Usufr. pluribus modis 6. de
Usufr. §. 1. l. d. t. l. cum fundus. 12. Comm. Præd. l. 4. de
S. P. R. l. 3. C. de servit. l. traditio. 20. §. 1. de A. R. D. De
hoc dubium quoddam emergit, an vendito vel legato
fundo videantur vendita pascua, quæ sunt vel debentur
in aliis

in aliis prædiis venditoris. Capolla distinguit ita: Aut enim pascua deputata sunt ad usum fundi venditi, ac cum eo expressa, & sic comprehenduntur pascua. *l. Seja. 20. §. tyrann. 7. de fundo Instruct. l. penult. §. 1. si servitut. vind. l. fin. in pr. de S. V. P. l. 1. de R. dub.* Aut non sunt expressa & simul rejecta, & tunc illa pascua intelliguntur emptæ, quæ ad usum fundi spectant. *d. l. testatrix. 20. §. 1.* qui verò simpliciter vendit fundum præsentem, illum totum & omni jure vendidisse videtur, nisi quid exceperit. *l. qui tabernas. 31. de contrab. emt. l. Titia cum testamento. 34. §. 1. de legat. 2. l. 1. Cod. quæ res pign. oblig. poss. d. 1. C. qui testam. fac. poss. l. si damus. 71. §. 6. de legat. 1.*

IX.

2. Usucapione. *l. ult. sub fin. C. de præscript. long. temp. l. unic. C. de Usuc. transf. l. 2. C. de servitut.* Legem quidem Scriboniã prohibebatur usucapio servitutum. *l. 4. §. 29. de Usucap.* Sed illi derogatum est per dd. LL. Requisita Usucapionis secundum Sutholtum *diff. 6. §. 9.* sunt duo; unum ex parte objecti, nempeabilitas seu potentia passiva rei usucapibilis, alterum ex parte subjecti, seu ejus, qui vult usucapere consistit in possessione continuata per tempus lege definitum, quæ requiritur bonam fidem (de jure Civili tantum ab initio. *l. bonæ fidei. 48. §. 1. de A. R. D. de jure Canonico semper. c. ult. extr. de præscript.*) & justum titulum. *l. nullo justo. 24. C. de R. Vind. d. l. unic.* qui tamen in præscriptione servitutum non requiritur, sed tantum scientia & patientia adversarii. *l. si quis. 10. si servit. vind. l. 1. §. fin. de aq. pluvi. arc. Idem diff. 5. §. 53.*

B 3

X. Jura

X.
 Jura Saxonica agnoscunt duas præscriptionis species, unam annalem, quæ fit spatio unius anni, sex septimanarum & trium dierum. Land Recht cap. 16. in fin. verb. ein Jahr und sechs Wochen / alteram tricennale, quæ absolvitur spatio annorum triginta & unius, sex sept. & trium dierum, dreyßig Jahr / Jahr und Tag. Land Recht. art. 29. libr. 1. Dissentit Glossa latina art. 39. lib. 1. Land Recht. Hæc posterior facit huc, quâ omnibus immobilibus juribus & servitutibus affirmativis præscribitur. Const. part. 2. c. 6. Wesenb. in not. ad Schneidervv. in §. ult. n. 18. l. de S. R. & V. P. Dixi affirmativis, quia negativis nullâ præcedente prohibitione præscribi nequit. Hoc tamen notabile est, juri compascuorum (Germanicè die Koppelwaide) non præscribi, quia compascuorum usus revera nihil aliud est, quàm precarium reciprocum, quod nullo unquam tempore præscribitur. l. malè agitur. C. de præscript. 30. vel 40. annor. & ita etiam responderunt Scabini Lipsienses: Dieweil aber dennoch bemelde Driffzigerechtigkeith deme von Ebeleben und dessen Werterburgischen Untertanen nicht jure servitutis, sondern nur aus Vergünstigung als eine Koppelweide zustendig / mit welcher es im Rechte diese Gelegenheit hat / daß hierinnen keine Præscriptio zuläßlichen / sondern dieselbe nach Art eines precarii reciproci zu iederzeit wieder ruffen werden mag &c. Carpzov. ad C. 4. p. 2. de fin. 13. num. ult.

XI.

zif Servitüt

Servitute aliquis uti debet certis pecoribus & certo tempore, sicut conventum est, arg. l. 1. §. 6. Depos. l. certo

209.

certogeneri. 13. de S. P. R. l. arbor. 19. §. ult. Comm. div. l.
via constitui. 23. §. 3. de S. P. R. l. 4. de aq. cottid. l. nam
satis est. 6. quemadm. servit. amit. l. 5. §. 1. de servit. non
debet ergò quis pasculari pecora morbosa & pestifera,
sicut enim contagione morbosi pecoris alia infici possunt.
l. Julianus. 13. in pr. de act. emt. Hinc canit Poëta:

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile

Non maculet socias, est separanda grege.

Cœpolla de servitut. cap. 9. num. 20. Et quemadmodum
ille, cui debetur servitus, sese intra limites tenetur con-
tinere, ita etiam ille, qui debet servitutem in præjudici-
um nihil quicquam facere potest, sic prædium serviens
sine consensu Domini prædii dominantis non immutet,
servitus enim minuitur vel potius tollitur, quod neuti-
quam LL. admittunt. l. servitutes. 20. §. stillicidium. 5. de
S. P. V. l. si quid. 15. §. 6. de Usufr. hinc si de facto alter
hoc faceret, urgendus est, ut agrum reddat pastui aptum.
arg. l. si in adibus. 9. C. de Servit. Id ipsum etiam volunt
Constitutiones Electorales part. 2. Const. 41. secundum
quam Scabini Lipsi. pronunciaverunt: Siweil aber
demnach der Grundherr zu Nachtheil dessen / so das Jus
pascendi erlanget / den Grund und Leiten umbzureissen
und zu Aecker zu machen nicht befugt / welches zugleich auch
von den Zeichen zu verstehen etc. so seyd ihr auch wegen des
erbaweten Zeichs euch mit ewren Nachbarn zu verglei-
chen und ihnen deswegen gebührlichen Abtrag zu thun
schuldig. B. R. W.

XII.

Secus est, si quis habet modò jus pastus tempore
apertionis, zu offnen Zeiten / quod accidit in pratis circa

B 3

Festum

Festum S. Michaëlis, vel etiam in quibusdam locis die
S. Andreae, in agris messe peractâ post diem Jacobi. Ita
invito altero possum agrum meum arare, quod præju-
dicio etiam confirmat Carpzovius *in d. Constit. defin. 3.*
Es were denn / daß solche Hütung und Triffigerechtig-
keit bemelder Dorffschafft und Nachbarn uff ewren Fel-
dern und Aeckern alleine zu offnen Zeiten und nicht bey
geschlossenen Feldern zustünde / dessen genöset ihr billich
und mit Zug uff solchen Fall die Felder und Leiten umbzu-
reißen / und zu Aecker zu machen nicht Einhalt gethan
werden. B. N. W. Olim lege Mosaicâ septimo anno
pabula erant promiscua, quia ibi agri quiescebant. *Exod.*
23, v. 11. & Levit. 25, v. 6. Illud non possumus non ad-
dere, quod pascua debeant relinqui sine detrimento, qui
enim illa veneno inficit, grandi Vulcani pœna subiacet.
Const. Elect. p. 4. c. 18. Die jenigen / so die Waide ver-
giften / sollen nach Sächß. Rechten mit Feuer gestraffe
werden. Si tamen nulla animalia veneno intereunt, ar-
bitraria pœna statuitur. v. c. fustigationis, relegationis,
cum secundum practicos jura Saxonica non coërceant
conatum sed duntaxat eventum. *Carpz. ad d. Const.*

XIII.

Si quis eum, qui habet servitutem pascendi, velit
impedire, Leges nostræ illi succurrunt hoc potissimum
remedio. I. ipsi dando actionem confessoriam, quâ
vindicat servitutem pascendi eamque prædio suo con-
stitutam asserit. §. 2. *l. de act. l. 4. §. si quis. 5. l. si quis. 10. §.*
1. si servit. vind. quomodo autem probatio hujus rei fieri
debeat, copiosè exhibet *Wesembec. Consil. 17. Köppen observ.*

77. 7177.

77. num. 37. ad quos nos brevitati studentes remittimus. E contrario LL. etiam subveniunt dominis agrorum, quando quis illis vult obtrudere servitutem, quæ tamen illi non competit, per actionem negatoriam, quâ vindicat libertatem prædii, & in eo servitutem esse constitutam negat. d. §. 2. l. 2. in pr. & §. 1. d. l. 4. §. competit. 7. l. 8. in pr. si servit. vind. Magnificus Dn. Frantzkius ad tit. si usus fr. petat. num. 3. & 4. 2. Per actionem de pastu, de quâ videatur thesis nostra 6. & Magnificus, Nobilissimus Dn. D. Thoma. Tract. c. 14. & latissimè c. 16.

XIV.

Extinguitur servitus pascendi; 1. Confusione, quando dominus dominantis prædii fit etiam dominus servientis prædii in totum (non si ex parte. l. ut pomum. 8. §. 1. de servitut. non obst. l. si qui ades. 30. §. 1. de S. V. P. l. unus. 34. in princip. de S. P. R.) & in perpetuum, (non si ad tempus arg. l. in omnibus. 18. de servitut. l. si ei. 9. Comm. præd.) 2. Mutatione & interitu, à vi majori vel casu fortuito. arg. l. ex conducto. 15. §. 2. & l. si merces. 25. §. vis major. 6. Locat. l. si locus. 14. quemadm. servit. amitt. non obst. l. certo generi. 13. in pr. de S. P. R. l. servitutes. 14. §. ult. de servit. 3. Remissione. arg. l. si stillicidii. 8. quemadm. servit. amitt. l. si ades. 32. de S. P. V. add. l. si precario. 17. Comm. Præd. non obst. l. 8. quemadm. servit. amitt. 4. Non usu, arg. l. una. 18. de S. P. R.

XV.

Circa quod ultimum accuratè tria notat Magnificus Dn. Frantzkius ad d. t. num. 29. & seqq. Quod 1. non
utia



uti præsupponat aliquam negligentiam, quod si enim aliquis uti non potest servitute ob necessitatem ingruentem, secundam rigorem Juris videtur servitus extincta, attamen ex æquitate in pristinum statum restituitur. *l. Et Atilicinus. 35. de S. P. R.* 2. si nec ipse nec ullus alius loco illius usi fuerint servitute. *l. testatrix. 20. in pr. si servitut. vind.* 3. quod tempus debeat etiam elapsum esse legitimum, inter præsentem 10. inter absentes 20. anni requiruntur. *l. sicut usumfr. 13. C. de servit.*

Hæc pro ratione Instituti sufficiant: Et si quid humani passus sum, à benivolo & æquo Lectore veniam peto.

S. S. Trinitati L. & H.

SUPPLEMENTUM.

I.

UNUS testis in jure nostro plenè non probat. *l. 9. S. 1. C. de testib.* Secus est de jure Saxonico, quo in casu pauperiei in præsentia custodis factæ solius pastoris valet testimonium. *Land Recht. lib. 2. art. 54.*

II.

De jure Feudali iter faciens potest pabulare equum suum in quantum stans secundum viam attingere potest. *2. F. 27. in f. quod etiam procedit de jure Saxonico Land Recht. lib. 2. art. 68. non obst. art. 39. eod. lib.*

Welch

Welch wegfertiger Mann' Korn' auff dem Felde freket
und das nirgend mit sich hinführet/ der gibt den Schaden
nach seinen Würden.

III.

Si columba granarium alicujus involant & absumunt frumentum, contra dominum datur actio utilis de pastu.

IV.

In Ordinatione provinciali Alt. de Anno 1589: art. 81. disponitur, daß dem welcher keine halbe Hufe Landes im Felde hat/ keine Tauben zu halten sollen verstatet werden.

V.

Gallinae, si damnum inferant alii. ille eas modo capere alasque praecidere potest. Weichb. art. 120. & ibi Gl. num. 12.

VI.

Hodie etiam de pascuis decimae persolvendae sunt. c. 4. x. de decim.

Aulibus egregiis Themidos dum pulpita scandis,
de pecudum pastu docta responsa parans:
Saludes plaudunt Musæ, & Vir Clare, celebrant
notitiam gemini juris in arte tuam.
Quin Themis ipsa, suis quæ reddere suevit alumnis,
mox tribuet largâ digna brabea manu.

testanda amicitiae & benevol. ergo facieb.

Johannes Musæus SS. Theol. D. & P. P.

C

Clar.

Clar. & Prästantissimo Dn. Respondenti inquit-
lino & amico meo dilectissimo.

DE pastu pecoris pugnas cum laude, Virumque
Te præstas fortem, ingenii specimenq; remonstras,
Gratulor ac voveo, feliciter omnia cedant!

Boni ominis ergò f.

Christoph. Philip. Richter / D. Com. Pal. C. P. P.
Facult. Jur. Senior & p. t. Decaus.

DE beo, CHARE, Tibi carmen, dum Sala paratus
offert promerito nostra brabea. Vide
Versus hiat. Quando Tyriâ cum Sindone tectus.
Incedes Doctor metra secunda dabo.
Hæc modò, dum cupidè tentas invisere Gallos.
Pieris ex animo prospera quæque vovet.

Clarissimo Dn. Doctorando grat.

Johann Volk. Bechmann / J. U. D.

Was seynd anfangs aller Zeiten
in diß grosse Erden Nat.
die Natur gezeiget hat/
ist gar weißlich unterscheiden/
man kent den schneeweissen Schwanz
vor den fahlen Gänse Hahn.
Wie solt' auch die uns nicht haben
eingepflanzet solches Recht/
daß nach dem man hoch und schlechte
ausgeziert mit Tugend Gaben
auch in gleicher Kleider Pracht
sich vor andern kentlich macht.
Und drum haben öftermassen
unsre Rechte † wol versehn/
daß in Sammt und Seide gehn
man nicht jedern solte lassen/

†
Reichs Ab.
schied zu
Augsburg
de Anno
1500 von
Oberflus
der Kleider
Reformat.
guier Post.
sen zu Augsp.
de Anno
1530. und
anno 1548.

son

zir.

sondern den nur so die Kunst
hat bekrönt mit Ehr und Gunst.
Drumb weil deine kluge Sinnen
Vielgeehrter Seidemann
seynd mit Kunst gekleidet an/
und stets Tugend Seide spinnen/
muß dein kluger Welt Verstand
sondern dich vons Pöbels Sand.
Schau wie Themis dich bekleidet
ist mit edlem Sammt und Seid.
und in graue Ewigkeit
dich mein werther Freund begleidet/
und zeigt männiglich auch an
daß du seyest ein Seidner Mann.
Nun/wie nicht bald zu verwesen
pflaget/was da Seiden ist/
noch die faule Motte frist:
so wird man dich allzeit lesen
sonder Leser, motten Mahl.
unter der Gelehrten Zahl.

Solches spielete aus Bezeitung schuldiger
Freude seinen Pythia

Johann. Andreas Buzer/Jur. Stud.

Adem du werther Freund das grosse Recht der Wende/
Wie sichs gebührt/vertrittst/so weidest du zugleich
Dein himmlisches Gemüth/so hier an Gütern reich
Vnd unvergänglich ist. Du spinnest gute Seide:
Spinn nur hinfort noch mehr. Die Edle Rechts-Göttinne
Wirckt dir izunder schon den schönen Freyheits-Hut:
Wer so sein Ampt verricht/und seine Pflicht-Schuld thut/
Der wird auch solchen Lohn vor sein Bemühen inne.

Dieses sagte seinem Hochgeehrten und brüderlichen Freunde

Christian Carl Schalling.

Werr

Wer redliches Gemüths/ der läßt sich gerne lehren/
Vnd wann er was erlernt/ so strebt er nach den Ehren/
Die seiner Kunst gemess. Vnd billich folgt auff Schweiß/
Vnd ausgestandener Müh/der Edlen Ehren-Preis/
Der Götter schönes Lob. Was were wol das Ziehen
Durch manche Stadt und Land/wann nicht dafür solt blühen
Das Kraut der Ehren-Preis. Viel lernen wer nur Qual/
Ein Kercker trüber Angst/wann nicht der Ehren-Stral
Soll zieren unser Haupt. Wer nach der Wollust strebet/
Hält sie fürs höchste Gut/und an der Erden klebet/
Der ist nicht Ehren werth; Er dient dem Bauche nur
Der gibt ihm auch den Lohn. Wer aber auff der Spur
Der Edlen Weisheit geht/dem wird die Weisheit geben/
Dass er vor seinem Tod/ und nach dem Tod kan leben
In Edler Leute Sinn. Mein Werther/ ihr thut wol/
Folgt guten Künsten nach. Vnd lebet/wie man sol
In sanffter Erbarkeit. Ihr wisset Euch zu schicken
In aller Leute Sinn/lasst mildiglich vorblicken
Die Flammen guter Zucht. Vm schöner Sitten Glantz
Vn Wissenschaft im Recht gibt Jehna Euch den Crantz
Der ewig blühen wird. Vnd wie der leuchte Schatten
Dem Leibe folget nach/ so folget auch von statten
Die Ehr dem/der sie ehrt. Was können/das steht fein/
Sich halten auch dabey/ das hat den rechten Schein.
Ohn Zucht ist nichts die Kunst. Der Demand spielt viel besser
Aus einer weissen Hand. Die Kunst die läßt viel grösser
Wenn sie beyhm Züchtgen ist. Der Weisheit helle Kertz
Die kommt mit nichten hin in ein verbostes Herz
Ben Frommen wohnet sie. Mein Werther/D mein Lieber/
Was mir dünckt Kunst zu seyn/das geht Euch nicht vorüber/
Gott hat Euch wohl begabt/ den halt ich für gelahrt
Der was kan/ und sich schickt in aller Leut ihr Art.
Gott gebe weiter Glück/ und lasse das gelangen
Zu seinem Ewgen Ruhm/was Ihr habt angefangen
Vnd künfftig werdt vollziehn. Wer es hält mit der Kunst/
Der wünsch mit mir dem Freund Ergezung/ Ehr und Gunst!
Dieses schrieb seinem hochgeehrten Freunde und Tischgenossen
Samuel Lüttemann.


00 A 6343

ULB Halle 3
002 928 566



1. Rubre ✓ VD 17





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.



203.

JURIDICA
RALIS
PECO.
S,
ANTE GRATIA
& Autoritate
ni Fctorum Collegiū
. nutrice Salanā
ERAMINE
R I
ni atque Excellentissimi
FRIDERICI
D. Prof. P. celeberrimi,
erii Provincialis & Scabina-
. Præceptoris ac Promotoris
cultu atatem profe-
di,
SENTIA
nones ac Privilegia Docto-
ipiscendi,
ndam proponit
n/ Rhodâ-Thuringus.
Maij
ue consvetis.
NO, Anno MDGLIII.

